Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput VI.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

cū eis Deum ac pugnare apparuit. Sol circa me-
ridiem repentina caligine offusa haud disparem
nocti tempestatem dedit. Et simul ex vicini montis
vertice cum horrendo mugitu ac fragore, tetrum
foedumque erupit incendium, quod tres dies no-
ctesq; tenuit. Itaque ingens cineris pumicumq;
vis (quod nunquam antea evenisse constat.) inde
egesta; quae non modo muricis ferreos oppressit
sed etiam arcis fastigium aequavit. Eo ante
improviso malo attonitis barbaris, major ex
vicino terror incutitur. Per idem tempus terrae
motus insolitus tectorum urbis ingentem edidit
stragem. Tolanis tam atroci tempestate defun-
ctis, Lusitani supervenerunt armati. Nec praelio
illud fuit. Plerosq; hostium aut ruinae tectorū
oppresserant, aut pavor compulerat in fugam.
Et aggeratus pumex facilem in moenia ascen-
sum dabat. Ergo arx, oppidum, totaq; regio sine
ullo certamine recuperata. victis certis conditio-
nibus pax data: quarum illae praecipuae, ut tem-
plum eversum reficerent, bona piis adempta re-
stituerent, suscepta semel Christi sacra in posterum
sancte colerent pieque. Tam memorabilem vi-
ctoriam divina magis quam humana ope partam
etiam inter barbaros constitit. Caeterum tā op-
portunum flagrantis montis auxilium, cum subita
cineris ac pumicum congerie, communes Lusita-
norum consensus acceptum Francisco retulit. Qui
velut alter Moses, ipsis cum perfido hoste bellan-
tibus, divinam opem conciliarat, ut, cujus belli
fautor extiterat, praecipuusq; existeret adjutor.

Mira prodigia victoriam Lusitanis iuvant

Amboinum redit, atq; oī ope iuvat.

Cap. VI.

Interim re Christiana in Ternate insula satis

cauta

cuncta nobilitateque, Amboinum repetijt, renaviga-
turus in Indiam; ac Societatem, cui præerat, no-
vorum adventu sociorum satis jam quidam longo
Vaticinatio intervallo revisurus. In medio cursu vectoribus
hilariter inter se colloquentibus, Franciscus è con-
ventu repente exiliens, summo impetu atque ango-
re animi exclamat: IESV bone, quid hoc est? illi
hominem occidunt. Confestim vectores, rei novitate
permoti, ad Xaverium accurrere; quid tandem
rei sit, percontari. Tum ille, cum ad se se rediis-
set, re dissimulata, nihil esse respondit: seque in
eorum cœtum comiter sermonem recepit, perinde
se gerens, quasi nihil ipse aut fecisset insoliti,
aut dixisset. Cæterum res ab illo celata, parvo
intermisso spatio, patefacta est. Ut namque ad Am-
boinum appulit, comperimus Lusitanum hominem
ibi à prædonibus interfectum, eo ipso tempore,
quo Xaverij clamor ad omnium aures acciderat
in navi. Erant in portu Amboini Lusitano-
rum onerariæ quatuor. Franciscus igitur caritate
ardens, rationem iniit incolas pariter atque
advenas quam maximè juvandi, quoad facultas
Casam sibi ex- navigandi in Indiam foret. Itaque sive paup-
truit in littore. tatis studio, sive portus vicinitatem secutus, in
ipso littore sibi ac socio modicam è stramen-
tis extruxit casam. Huic eodem tempore sacram
ædiculam adjicit, ubi nautis et classiarijs Confessio-
nis et Eucharistiæ Sacramenta ministraret. O-
Assiduitas apud pere absoluto, in ijs, quæ dixi officijs assiduus erat;
ægros plures quoque capitali odio dissidentes reducebat
ad pacem. Ægrorum præcipuè commodis et saluti
et saluti serviebat: quo in numero unus erat gra-
vissimo implicitus morbo; hunc non prius Xaverius,
quam vita ipsa deseruit. Igitur ut is in Francisci
complexu

complexu spiritum vitae extremum edidit; ille fleuit
ingenter. Deo laudes gratesque egit, quod, si nihil
aliud, ad miseri illius salutem in Amboinum in tem-
pore venisset [?]. Inde Christianorum vicos impi-
grè lustrans, baptizauit infantes, rudes Christianis
praeceptis imbuit, haud minore cum fructu quam
labore. Concionibus insuper populum à vitiis
deterrere, ad honestatem pietatemque impellere
instituit. Quam porrò carus & acceptus summis
[illegible] & infimis esset, digressus ostendit. Vi-
gesimo quam venerat die Xauerius id ipsum
prouidens, ut populi comploratiouem, qualem
Ternate maior expertus erat, in discessu vita-
ret; silentio de media nocte nauem conscendere
parabat. Sed, ut difficile est amantes fallere, con-
silio eius deprehenso, noctu concurritur ad portum.
Repente ingens virorum, mulierum, puerorum, ser-
uorum cum ploratu clamor exoritur, suam
orbitatem ac solitudinem lamentantium, talemque
virum ac patrem ab se diuelli & abrumpi que-
rentium. Quibus ille querelis nocturnisque tanti [?]
gemitu, obortis lacrymis, dum flentes sigillatim
amplectens solatur, aegrè sanè ab inhaerentibus
sibi tanquam à visceribus suis, auelli potuit.
Ad postremum, exorato Sacerdote quodam, ut per
binas illis horas quotidie operam daret in exer-
cendo catechismo, omnes dimisit, monitos ut Chri-
stianae doctrinae exercitationem haud segniter
urgerent. Aderat iam tempus profectionis: cumque
essent multae Lusitanorum naues ad iter paratae,
Xauerius in regiam inuitabatur, qua permultos vehe-
bat eius studiosos amicosque. Ille tamen saepius
enixiusque inuitatus, constanter abnuebat. Xauerius,
causam

Amboinorum in Xauerium amor

causam cur tantopere recusaret rogatus, haud du-
Praesagientis animi divinatio — bie futura divinitus praesagiens animo, perti-
mescere se ait, ne quid onerariae illi in itinere acci-
deret incommodi, neve ab eis divina majestas
alicujus delicti expeteret poenas. Nec vanus o-
minis fuit. Navis illa deinde adversa tempestate
ad scopulos appulsa pene deperiit. Caeterum Di-
vinitus s. deprecatione fortasse Xaverij praesenti
naufragio erepta, diu tenuit cursum. Inde transverso
maris impetu vastas in syrtes acta penitus inhaesit,
iamque non solum onerariae, verum etiam vectorum
salus complorata erat; cum in pari periculo pare
Dei vices alternantis opem experta, prorupti
maris aestu syrtibus evasit innoxia. Franciscus autem
ipse, qui alioqui incommoda praesagierat, prospe-
ra navigatione usque, quo intenderat, sine ulla
offensione pervenit. Malacam tenuit anno
huius saeculi XLVII.

Malacenses summa ope instruit. Visu
Duro socio suo oblatus divinitus
cognoscit.

Cap. VII.

Malacenses ergo sui percupidiores ex inter-
In valetudinarium divertit — vallo revisens, benigne ab illis excipitur. Caeterum
ipse pristino more, recusato amicorum hospitio, statim
in valetudinarium, consuetum hospitium suum divertit.
Eodem tempore Malacam tres alij e Societate IESV
appulerunt. in his sacerdotes duo Ioannes Beira
et Ioannes Ribera, quos omnes incredibili animi
iucunditate amplexus Xaverius apud se habuit. Inde
diebus pluribus ad quietem datis, monitos quem
admodum cum Moluccensibus se gererent, in Molu
cam dimisit ab se sata culturos. Inter haec ipse
aegrotis ministrando, concionando ad populum, mi-
litum